ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 84r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ergo isaac saluator nostr. cum uenisset in istam
uallem gerarum. primo omnium illos puteos
fodere uult. quos fodierunt pueri patris sui.
Legis scilicet et prophetarum uult puteos innouare.
quos philistini terre repleuerunt; Qui sunt
isti. qui terre puteos replent. illi sine dubio.
qui in lege terrenam et carnalem intellegentiam
ponunt. et spiritalem ac mysticam claudunt.
ut neque ipsi bibant. neq; alios bibere permittant;
Audi isaac. nostrum dominum ihesum xpm. in euangelio
dicentem; Uae uobis scribae et pharisei. quoniam tu
listis clauem scientiae. et neque ipsi intro istis
neq; uolentes permisistis, Isti sunt ergo qui pu
teos quos fodierunt pueri abraham. terre re
pleuerunt. qui legem carnaliter docent. et a
quas sancti spiritus maculant. Qui puteos ad hoc ha
bent. non ut aquam proferrent. sed ut ter
ram ponant; Hos ergo puteos adgreditur
fodere isaac. et uideamus quomodo eos fodit.,
Cum pueri isaac qui sunt apostoli domini
nostri. transirent inquit per segetes sabbato.
uellebant spicas. et confricantes manibus
manducabant. tunc ergo dicebant ei isti.
qui terra repleuerant puteos patris eius;